



Vilhelmus ex nobili familia Bœcklinorū in
 Alsatia natus, & multis uirtutibus educatus
 fuit. Hic post prima literarum fundamenta perce-
 pta, animum ad militaria cōsilia adiecit, & Cæsaris
 castra sequendo pacis & belli studijs clarissimus e-
 uasit. Hinc factum ut præsul Argentinēsis eum in-
 ter consiliarios elegerit, & præfecturam Rubea-
 quensem commēdarit. Ibi cum per aliquot annos
 optimè præfuisse, animum ad maiora appulit, atq;
 in exteris quoq; regionibus pacis & belli studia e-
 xercuit. Itaq; Carolus Imperator eum ob uirtutes
 plurimū dilexit, ac multis honoribus & priuile-
 gijs exornauit. Postea quoq; uxore eius uita fun-

cta, Magdeburgensis cathedralis Ecclesiæ Præpositus constituitur. Eam fun-
 ctionem is tanta animi moderatione administrauit, ut à cunctis plurimū di-
 ligeretur. Pari dexteritate multoties comitijs Imperij interfuit, & ob rerum u-
 sum omnibus notus fuit. id quod præsertim 1562 Franckoforti contigit, cum
 ipse Ioachimi Electoris Brandenburgici curiam sequerē, ut Maximiliani no-
 ui Cæsaris inaugurationi interesset. Hinc factum ut non modò ordine tribus
 Cæsaribus, sed etiā reliquis Germaniæ proceribus gratissimus expiterit. Tan-
 dem uerò in patriam reuersus, aliquando Friburgi Brisgaudię habitauit,
 aliquando uerò ad longinquoiores regiones reuersus, suam fami-
 liam plurimū decorauit. Anon.